



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Nicolai Bvrgvndi[i] I. C. Et Professoris Ordinari[i] Codicis  
In Academia Ingolstadiensi, Historia Belgica, Ab Anno M.  
D. LVIII.**

**Bourgogne, Nicolas de  
Ingolstadii, 1633**

Ad Lectorem.

**urn:nbn:de:bvb:12-bsb10557150-4**

AD LECTOREM.

**H**istoriam Belgicam hic habes. Si tempora aestimes, prope antiquam: si res gestas, prope novam. Multi hactenus provinciam illam ingressi sunt: sed non omnes fidem intulere quam debebant. Plerisque ad veritatem affectus obfuit. Alij rectis monumentis destituti, rerum alieno ævo gestarum ignorantia laborant. Ego sanè polliceri possum, nihil me posteritati imponere. Fidelissimis manuscriptis adjutus sum. Quidquid in Belgicis concilijs actum, ex schedis Vigilij accepi. quidquid in Hispаниis, ex commentarijs Tiffenacquij. Viri illi falli non potuerunt. Vterque enim rebus interfuit. Litteras denique omnes percurri, quas & Rex ad Gouvernatrixem, & ad Regem transmisit Gouvernatrix. Ex quibus multa hausi, quæ temporum ratio & ignorantia absconderant. Quisquis hæc leget, nisi malignus esse velit, bonam fidem estimabit.

\* 3

V. C.

